



**Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

4 Ignaros maculant natos delicta paterna.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

fancum vendere, simoniacam haeresim esse nullus fidelium ignorat.

**G** Supradicta ead. q. i.e. Presbyter. hoc idem tributatur Gregorio quod hic Paschali secundo. Et si recte Paschalis hoc, ut multa alia, acceptum à Gregorio VII. quis ipse immovet. In Polycarpo lib. 3. tit. 11. citatur ex concilio Toletoano.

**C. XV.** q. Careat honore male acquisito, qui ecclesiastica beneficia pro pecunia invenerit. teneat.

Item Innocentius II. in synodo Romana,

cap. 2.

**S**i quis præbendas, vel prioratum, seu decanatum, seu honorem, vel promotionem aliquam ecclesiasticam, seu quodlibet sacramentum ecclesiasticum, ut post christum, vel oleum sanctum & consecrationes altarium, vel ecclesiarum, interveniente execrabilis ardore avaritiae per pecuniam comparaverit, honore male acquisito caret, & empator atque venditor, & interventor nota infamie percellantur: & nec pro palu, nec sub obtentu aliquius confuetudinis ante vel post a quoquam aliquid exigatur, vel ipse dare proximum, quoniam simoniaca est: sed liberè, & ab loq. diminutione aliqua, collata ubi dignitate atq. beneficio i. perfutatur.

**I. Beneficio.** Ex dubio manus ipsius huius concilii exemplaribus in uno sic legitur, in altero vero officio.

De secunda & terza questione quid sacri canones dissimilant, auerteruntur hinc inde in medium deducti patefactum est.

#### QUÆSTIO IV.

**N**unc ergo de quarta questione est portrandum, an posternum crimen huic imputetur, quod eo ignorantia confitit admissum. Quod ignorantia hunc excusat, multorum autoritatibus probatur.

**C. L.** q. Alienum crimen nescientem non maculat.

Ait enim Augustinus, epist. 48. ad Vincenzum.

**N**ihilius crimen macular nescientem.

**C. II.** q. De eodem.

Item in epistola.

**Q**uis locus innocentia relinquitur, si alienum crimen macular nescientem?

**C. III.** q. De infanticione qui ab hereticis baptizantur.

Item in Africano, b concilio, c. 14. legitur.

**P**lacuit e infantibus, qui ab hereticis baptizantur, ne quod non suo fecerunt iudicio, cum ad ecclesiam Dei salubri proposito fuerint conversi, parentum illos error impedit, quominus promoveantur facti aletarii ministri.

**C. IV.** q. De eodem.

Item in eodem, c. 24.

**Q**uid apud Donatistis parvuli baptizati sunt, non dum scire valentes erroris corrumperintur, & potea quam ad statem rationis capacem pervenerint, agnita veritate, falsitatem eorum abhorrentes, ad ecclesiam Dei catholicam per unversum mundum diffusam, ordine antiquo per manus impositionis recepti sunt, tales ad suscipendum munus clericatus non debet impetrare nomen erroris.

**C. V.** q. Confusioneorum maleficia in nulla clavi, cu' obstant, nisi confici fuerint.

Item Leo IV. & Ebrionis, & Adelphido Episcopos.

**Q**via praefulatus nostri (quod bene nostis) magister. Qui non solum de sacerdotum, verum etiam de

a. Parv. l.8. cap. 12. ex Cabelonenst. b. Et Carthag. 3. cap. 45. c. Paulus aliter in originali. d. Deinde dicit p. 2. e. al. tertius.

secularium utilitatibus debet esse sollicitum; pro rea fraternitatem vestram scire volumus, hunc prætem Presbyterum ad sedem Apostolicam venisse, nobisque violentiam, & excommunicationem suam per ordinem retulisse: quod etiam sine iusto legis tramite sua fuisse ablate ecclesia, similiter indicavit: quam illius dato munere sacerdos zelo ductus invide ultimus presumpsit. Inde parentes eius magno dolore compulsi Presbyterum illum, qui suam tenebat ecclesiam, comprehendenderunt, & ei oculos eruerunt. Tamen pro sepe dictus sacerdos dicit, quod absq. sua volumata, sine eius consilio hoc sit peractum. Quod si ita est, ut nobis suo ore testatus est, nobis magnopere providecum est, ut si ipse canonice excommunicatus non efficitur, non super eum fiat remissio.

**C. VI.**

Digestus a iii. de poenis, l. crimin.

**C**rimen, vel poena paterna nullam maculam filios flagite potest. Namque unusquisque ex suo admitti potest, nec alieni crimini successor continuo idq. divi. Haec Hieropolitanis rescriperunt.

**C. VII.** q. Persista parentum filii obesse non debet.

Item ex concilio Toletoano IV. c. 60.

**I**udicati baptizati, si postea prævaricantes in Christi qualibet poena damnati extiterint, a reb' eorum filios exclusi non oportebit; quia scriptum b est filium non portabit iniuriam patris.]

**C. VIII.** q. Non imputantur peccata parentum, qui ab eis personaliter divisi probantur.

Item Augustinus ad Bonifacium, epist. 22.

**I**Am c itaque cum homo in seipso est, ab eo, qui genitum, alter effectus, peccato alterius sine sua coniunctione non tenerit obnoxium. Traxit ergo reatum, qui unus erat cum illo, & in illo, a quo traxit, quando, qui traxit, admisum d' est. Non autem trahit alter ab aliis quando sua uno quog. propria vita vivente jam est dicatur e. [Anima, qua peccaverit, ipsa morietur.] Il autem possit regenerari per officium voluntatis alienum, qui offeratur consecrandus, facit hoc unus spiritus, qui regeneratur oblatus.

**C. IX.** q. Si qui emitatur, impetas alterius nocet.

Hinc etiam Gregorius in lib. 26. Moralium, cap. 6. in cap. 35. lob.

**H**ominis si, qui similius tui est, nocebit impietas, & filium hominis adjuvabit justitia tua. ] Homo, nam impietas ei nocet, quem pervertendo inquit, & sursum cum adjuvabit nostrajustitia, quem a pravis arbitribus mutat. Nocte enim vel juxare nesciunt ei, que vel à bono corrumpere, vel à malo permittare non possunt.

**E**contra Dominus ad Moyensem g: [Ego sum Deus eborum, qui vobis peccata patrum in filios vobis in tertiam & quartam generationem,] licet non inqualitate iudicii, sed magnitudine clementia Augustinus assertor hoc dictum, ita dicens: [In tercia & quarta generatione peccatum patrum se Dominus committat in legi transgressorum, non inqualitate iudicii, ut alii peccent, ut alii puniantur, sed magnitudine clementia eorum semper expediat ad penitentiam: quod in prima generatione delinquitur, non prius corrigi & emendari, & tercia & quarta generatione venirent. ] Cum ergo baptizari ab hereticis inventus h. scribit. [Lex est ecclasia in qua ab hereticis baptizari sunt, per manus impositionis laicorum cunctorum

a. Lib. 48. tit. 19. lib. 26. b. Ezech. 18. c. Iop. 7. cap. 47. d. al. admisum. e. Ezech. 18. f. Job. cap. 31. g. Exod. 20. h. sup. q. 1. c. ventum. 18.

missionem preberet, nec ex his aliquem in clericatus honorem, vel ex quā subrogari: ] patet quid infantes, qui ab hereticis baptizati sunt, solœ excusat ignorantia, ut iuxta illud Africani a conciliis ad suspicendum clericatus officium non eo impeditas homen errorum.

C. X. q. De eodem.

Item Augustinus scribit ad Auxentium Episcopum, epist. 75.

**N**on imputantur filii peccata parentum, que post eorum nativitatem a parentibus committuntur: nec pro peccatis parentum spirituali poena filii sunt plementi.

¶ In aliquo veritu exemplaribus & caput hoc & sequentis usque ad finem questionis coniuncta sunt superiori. Nam sententia hinc inde accepit, verba fere de suo (quod sepe facit) subi Gratianus affect. Et hujus quidem partis sententia est apud B. Augustinum loco indicata. Verba autem ipsa referuntur infra 24. q. 2. se habeat.

Officio autem, vel beneficio ecclesia privari: si spirituali pano est: non igitur habeat ex peccato patris promeretur filius. Item sexcentitur, qui ignorantia a simoniaco ordinatur, ut sup. in cap. Vrbi. legatur. ¶ Officiale audiatur est, qui per ignorantiam simoniaco ordinatur.

2 pars. Sed obiectio illud b. Gregorii.

¶ b. Gregorii. In aliquo veritu codicibus legitur Augu-  
stini. Anselmi vero citat ex Alexandro secundo.

C. XI. q. Ecclesia, qua paliuione conser-  
vatur.

**E**ccliesia & qua paliuione consecrata fuerit, potius ex-  
ecrata, quam consecrata dici debet.

Item peccato circum thesauri Hierichio anathematizati legumur. Vide Acham d. qui regulam auream & quadam alia pre-  
cepta furavat est, de anathematice deinceps tulisse. ¶ Item peccato Anathematizarum, animalia coram pessima sunt interfici: quibus qua  
Saul peperit, audi vitâ Samuele c. [Nesci, quia peccatum ar-  
tandis est repugnare. & quasi scelus idolatria nolle acquirere.]

¶ Item peccato Egyptriorum & possessorum eorum grandine tradi-  
dit, iumenta & primogenita eorum, morte consumpta sunt.  
¶ Item peccato Israëlitarum, arca g. Domini Philisteis tradita est. Si ergo qua sensa erant, ut ecclesia, altare, arca Domini, la-  
pides Hierichio, vel exercerantur, vel peccatoribus traditiorum, vel ana-  
thematizabantur, vel grandine devastabantur; scia, quia vix intelligi-  
gendi non habent; ut animalia Egyptriorum & Anathematizarum, in  
peccati hominem perdiderunt morte, patet, quid nullum excusat igno-  
rantiæ criminis, maxime cum ex eo utilitas defensio ignorantie  
voluit si quisquam de latrociniis & rapina filio suo ignorantis devi-  
tua congregetur, non excusat sicutum ignorantia, quia post mortem pa-  
tricidagin redire male acquista. ¶ Item peccato Acham h  
abili Philistea in manibus hostium tradita est. ¶ Item peccato filiorum Heli i, populus in manu Philistinorum corrigit. ¶ Pe-  
ccato quoq; plebi k. eleeti eorum sepe sunt impediti, & tandem cum

3 pars. Ha ita responderetur. Insensibilitas & irrationalib[il]litas  
peccato hominem vel exercerantur, vel anathematizabantur, vel morte  
perduntur, non participante peccati, sed causa sacramenta, ut the-  
sauri Hierichio, & animalia Anathematizarum. Hierichionum Lu-  
na interpretari, & significare mundum istum. Anachorite in-  
terpretantur libentes saeculum; & significantur cupidos & avaros  
& damnos. Israëlite interpretantur viri violentes Deum, &  
significantur multitudines funditorum. Lapidés ergo & thesauri Hieri-  
chio anathematizantur, animalia Anathematizarum interfici ju-  
bentur, ad examinandam cupiditatem Israëlitico plebis, & ut signifi-  
cetur, quid muti vitiorum, & hujus mundi thesauri, qui per-

a Sup. ead. qui apud. 4. b sup. ead. q. 1. f. qui à simoniaco.  
c Anf. l. c. 20. d. Iof. 6. e. 1. Reg. 18. f. Exod. 31. g. 1. Reg. 4.  
h Iof. 7. i. 1. Reg. 4. k. Psal. 77.

lapides & thesauri Hierichio designantur, irrationalib[il]litas quoque  
vitiorum mortis, qui per animalia Anathematizarum intelliguntur,  
non debent transire in formam sanctorum. Animalia vero Egyp-  
triorum, & possessorum eorum & primogenita gravina & morte  
consumpta sunt, ut in illis ponentur, queruntur, faciliter laba-  
bantur: & daretur intelligi, quod mundus peribit, & concu-  
piscentia ejus. Sed & terra a Ista-litarum in saliginem versa-  
est, & segeribus eorum imbrez adversi sunt, animalia eorum feri-  
tate & morte confusa sunt, ut auctores suos, quem per bene-  
ficia cognoscere valuerunt, saltem inter supplicia sentient. In de-  
testatione vero peccatis pecunia Simoni damnata est, cui dictum b  
est. [Pecunia reuersa sit in perditionem, quia existimasti do-  
num Dei pecunia possidere.] In desolationem quoque ejusdem  
criminis altare & deoletus; quia per simoniam consecrantur, non tam  
consecrari, quam exercari dicuntur: quia qui interventu peni-  
tencia aliena consecrationis effundit, non consecrare, sed exercere di-  
cendum est. Hinc est, quod B. Gregorius & ecclæsias ab Ariau  
consecratio iterum consecrari præcepit: quia sanctificationem con-  
secrationis, qua non nisi in fide trinitatis perficiatur, præstat non po-  
tentia, que fide caritant. Arcæ vero, & Prophetæ peccato suorum  
civium bofib[us] traditi sunt. Eleisti queque, qui murmur co-  
ram impediti sunt, non in panem criminis, sed in experimentum,  
& exemplum patientia hec passi sunt. ¶ Item populus, qui pec-  
cato Adam, & filiorum Heli in manibus hostiorum traditus est,  
significat subditos corporaliter flagellari, ut inter ipsa flagella, pec-  
cata peccatorum feriantur: sicut Adam forte deprehensus lapidi-  
bus obvolutus est.

Sic & navicula a Ione pericitatur, ut fugitrus forte depre-  
hensis flumibus immergatur. Aliquando pro meritis prelatu-  
rum depravatio vita subditorum, ut prelatu subditis facientes ad  
malum cum eis simul corrulant: sicut filii Irael duorum peccati  
sacerdotiorum, tandem cum eis occiderunt in manibus hostiorum.  
Item David & populum numeravit: quo peccato gladius Domini  
destitutus in populum. Sed in late gente gloria regni est, in diminu-  
tione plebi contrito principi. Qui ergo de numerositate sua genti su-  
perbit, jure in eis diminutione punitus est.

¶ Item parvulus Sodomitarum & non excusat ignorantia,  
quoniam pro paterno scelere ecclæsi igne confuseruntur: sed igne hoc  
panis illus diminuta est, quibus successus paterni sceleris est ad-  
empta. Parvus etiam demoniastum est, peccatu parentum par-  
vulus ab eo corporaliter flagellari. Illud idem intelligentibus  
est de parvulis, qui peccato Daibah g. & Abitan, vero descendente-  
ribus ad inferos.

¶ Item Cham K peccante, Chamam filium eius maledicuntur  
Greci i. delinquenti, lepra transmittitur ad posteri. Iudei &  
clamantibus [Sanguinem eius super nos, & super filios nostros] etiam  
reliquis eorum pena mortis Christi addicti sunt. Achæd l quoq;  
peccante postea eis regis solium amiserunt: & qui de eius semine  
in regno Iuda nati sunt, usq; ad progeta labem illius familiæ, & ge-  
nealogia Domini sunt exculti. Odium quoq; Eſau ut Malachias in  
testatur transiit ad latrones. Ex quibus omnibus colligetur quid  
ignorantia peccatis non excusat aliquem. ¶ Sed hi exempli non  
probant teneri peccato alium, nisi imitatores negligunt eorum.  
Quicquid, enim de semine Eſau & eacoriam, apud Deum conver-  
satione malitiam detegunt sunt, non edion, sed Dei clementia  
experti sunt.

C. XII.

Item ut Ambrosius ait sermoni 11.

Turbatur n. navicula Petri, in qua erat Iudas: quia  
qui suis meritis erat firmus, turbatus est alienis.

a Psal. 105. 1. Ioan. 2. b. Allor. 8. c. De conf. distridt. 1. c.  
Ariannam. d. Iom. 1. e. 1. Regum ult. Proverb. secundum 7a.  
f. Gen. 19. g. Num. 15. h. Gen. 9. i. 2. Reg. 5. k. Matt. 27.  
l. 3. Regum 21. Hieron. ad e. 1. Matth. m. Malach. 1. n. 1. 4.  
q. 1. c. non turbatur.

Huius etiam capitulo sententia sumpta est ex sermone 11. Ambro-  
si, & lib. 5. c. 1. comment. ad c. 5. Luce. Ipsa autem verba habentur  
124.9.1. c. non turpatur.

*Ignorabas autem Petrus peccatum Iudea.* Non ergo ignorantia  
excusat illum. Sed turbatio hec non peccati coniunctio, sed  
corporalis persecutio intelligitur: quia mordaces malorum nonnunquam  
ad eos premitur boni, ut eorum turbet frenitas. Non itaque hi  
auctoritatibus simoniaci probantur, pro quibus ignorantibus pecu-  
nia data est. Non ergo patet probari iste reus criminis, cuius non  
habuit conscientiam.

**Pars.** *Norandum quoque est, quod non omnis ignorantia*  
aliquam excusat. Et enim ignorantia alia fuit, alia iuri. Facti,  
alia est esse fatti, quod oportuit eum scire: alia, quod non oportuit  
eum scire. Quod non oportuit eum scire, sicut Apostolus ait  
[Si quis infidelium vocaret vos ad cenanam, & vultus, quidquid  
volis apparetur fuerit, comedite, nihil interrogantes. Si qui vobis  
dixerit, hoc idoli immolatum est, nolite comedere.] Ecce quod  
vocatum ad cenanam non oportuit fare carnis sibi appositis fusso  
idoli immolatas. Quod oportuit eum scire, sicut ignorantia lu-  
daorum, & reliquorum infidelium, qui ea, que a Propheta de Christo  
fuerunt pronuntiata, adhuc ignorant esse completa, unde a ludis  
ad hunc expellatur venturus. Hec nonnumquam excusat. Item  
ignorancia iuris, alia naturalis, alia evoluta. Naturalis omnibus  
adultis damnabilis est. Ius vero civile alia permittit ignorantiae,  
alii non. Iuris criminis ignorantia nemini obicit in damno vitando,  
si negligenter inde contingit, ut si minor pecuniam dederit diligenti-  
tia, reponit: in majori vero quasi delictum est. Item si suc-  
cessione eius ibi major detinatur, cum alto sine judice dividat,  
putans testamentum iure submixum, cum non esset solidum successio-  
nem obtinebat: vel si id, quod nullius iure delictum, aut iure naturali  
non debilit, sed civilis, tanquam ex chrysopogeo solvit, aut pro-  
mittas, reponit: non ita si delictum. Nam si patet rem suam sibi  
per legem licere rapere, incidit in constitutionem 1 illam Codicis  
lib. 8. b. titulo, unde.

**C. XI. Constitutionem.** In pluresque veris codicibus le-  
gitime, incidit in constitutionem, si quis in tantam. reliqua  
reuant.

In hoc autem non fuit ignorantia juris, sed facti, & illius, quod  
non oportuit eum scire. A reatu ergo criminis cum ignorantia ex-  
cusat paterni delicti: quod ei oportuerit eum scire, informitate ta-  
men criminis deprehendere non poterat.

**C. XIII. PALEA.**  
[Imperator Valentinianus Augustus.]

**S**i quis in tantam furoris audaciam pervenerit, ut pos-  
sessionem rerum apud fiscum, vel apud quoslibet  
homines constitutaram, ante eventum, & judicialis arbitrii  
violenter invaserit, Dominus quidem constitutus,  
possessionem, quam abfuit, restituat possessori, & Do-  
minus ejus a rei amittat. Sin vero alienarum rerum e  
possessionem invaserit, non solum eam possidentibus red-  
dat, verum etiam estimationem earundem rerum resti-  
tuere compellatur.

**QUESTION.**

**Q**uod vero quanto loca queritur, an licet ei esse in eccl-  
esi, vel fungi ordinatione, quem paterna pecunia est af-  
ficiens, auctoritate Urbani definitur, qui scribens de  
simoniacis, ait inter cetera in concilio Placentino, c. 5. & sequentibus,  
item, in concilio Romano.

**C. L.** De parvulis, qui cupiditate parentum,  
ecclias emunt.

**Q**vicunque sane cupiditate parentum, cum adhuc  
parvuli essent, ecclias, vel ecclesiarum partes i-

a. 2. Corinth. 10. b. tit. 4. lib. 7. c. ad adventum. d. al.  
e. ejusdem. e. al. alienam possessionem. f. Anselmus lib. 7.  
cap. 109. C. 5.

**Decreti Secunda Pars.**

per pecunias adepti sunt, postquam ea omnino dimi-  
rint, si canonice in eis vivere voluerint pro magna mis-  
ericordia ibidem eos esse concedimus: neq; pro hoc si  
a facie ordinibus removemus, si alias dignè inventiar-  
[¶] Illi a verò, qui per seipso, cum iam majoris esse  
etatis, nefanda ducti cupiditate eas emerunt, si in illis  
ecclias canonice vivere voluerint, servatis propriis  
ordinibus pro magna misericordia ibi eos ministrare po-  
mittimus. Quod si ad alias fortassis transferri non po-  
tuerint, & in eis canonice vivere promiserint, immo  
contenti ad sacros ordines non accedant, salva mente  
omnibus Apostolica sedis auctoritate. ¶ Si b. qui  
men ante empionem catholicis ordinati sunt, cum  
que emerunt, dimiserint, & vitam canonican egerint  
in suis gradibus permittantur: nisi forte ejusmodi eis  
fit, ut ubi primum locum debeant obtinere. Tamen  
vel singulariter, vel propositura, a locum in em-  
ecclesiis eos habere non patiuntur.

**C. II.** ¶ Partes] In concilio ipso legitur, beneficia, sed si  
sam non est emendatum.

**C. III.** ¶ Propositura] In concilio subiungitur, vel offici  
2 pars. Hoc autem cum non in prejudicium canuu-  
misca misericordia dispensatione disesse, ex epistola ejusdem ag-  
missa Vitalis Presbytero in hac verba.

**C. IV.** ¶ In dignitate servanda similitudinem  
cordis apostoli impendi, si eos vita  
commendat.

**E**os, qui ecclesiam emerunt, si persona talibus  
quam vita commendetur, videbatur ut in canonice  
monasteriis regulariter vivat in sui honoris officio  
sacerdotio condescendo, ministrante concedam  
ab eo: tamen sanctorum canonum praetulam.

**C. V.** In libro manuscripto decoloratum Pontificium hunc can-  
ex Nicola ad Vitalen Presbyterum Prauenientem.

**C. VI.** Ex hac itaque auctoritate colligitur, quod quia  
tales excusat a reatu criminis, ut supra dictum est, non  
emptio, cum in ecclesia, quae parentum pecunia adepi-  
tus sit, postquam eas omnino dimiserint, & ex misericordia, illi  
eis esse conceditur. In quo patet, quod eis illi ignoratus dum  
peccatum sit admisum, fructum tamen paternae empti non  
possunt. Quod vero a crimen excusentur hinc patet, quod  
facto a sacerdotibus non removentur. Si enim illius crimi-  
ticipes efficiunt, ad sacros ordines condescende non possint. Illud im-  
reliigerendum est deo, qui per pecuniam est ad eum sacerdotum  
datam, non Episcopo, sed cuidam ex principibus ejus datam,  
tamen ordinatore uidelicet & ordinato, hoc ignorantia.

**C. VII.** ¶ De quodam, pro quo incuria pa-  
pecuniam dedit, non Episcopo, sed sibi  
principum ejus.

**Unde** Urbanus 11. scribit Alberto Me-  
tensi Episcopo.

**P**resentium portatorem, quem parentum incuria pa-  
pecuniam non Episcopo, sed cuidam principum da-  
tam, invitum sacerdotum dignitatem obtinuisse signi-  
ficasti, licet sancti canones deponendum esse celestem  
tamen quia culpam istam nesciens, & coactus commis-  
& quia ab eodem ordine ut deponeretur, supplicio ex-  
troncus, ex consideratione discretionis (quamvis ex  
omnium virtutum) magis quam ex rigore canorum, si  
sacerdotis viscera exhibendo, ipsam in eodem ordine  
esse fraternaliter tua & solidum: ita tamen, ut si a eccl-  
esi illa cui deservit e sacerdotum penitiam non patiat  
suspensus a sacerdotali officio permaneat. Quod si eis  
ecclesia utilitas exigerit, ut curam regimini afflatis  
licet ei ex concessione Episcopi, statimq; obedienti  
sacerdotali officio fungi.

a. C. 6. b. C. 7. c. al. canonicis. d. al. que, e. al.  
serviunt.